



The Holy See

IOANNES PP. XXIII

CHIROGRAPHUM MISSUM

AD IGNATIUM GABRIELEM TIT. SANCTORUM XII APOSTOLORUM

S. R. E. PRESB. CARD. TAPPOUNI,

PATRIARCHAM ANTIOCHENUM SYROR.,

QUINQUE IMPLENTEM LUSTRA,

EX QUO SACRA PURPURA EST DECORATUS Dilecto Filio Nostro Ignatio Gabrieli Tappouni, Patriarchae Antiocheno Syrorum, quinque impleta feliciter celebranti lustra, ex quo Romana Purpura honestatus est, ex animo gratulamur merita, quibus tot per annorum decursum ipse, Petri Sedi fideliter astrictus, Ecclesiae emolumento et decori consuluit atque bona omnia facientes, ut caelesti gratia fultus, spe laetus, viribus integer pastoralis muneris se devovere pergat, Apostolicam Benedictionem, quam ad gregem quoque ei commissum pertinere libenter volumus, peramanter impertimus. *Ex Aedibus Vaticanis, die XVI mensis Decembris anno MCMLX.* **IOANNES PP. XXIII**

©Copyright - Libreria Editrice Vaticana